

Henrich, **H**uldrich, **E**hrenreich: de ijs in antecedentibus dictum, fuit Programma si. Nunc de *Ottonibus*, tribus Imperatoribus Romanis è familiâ Saxonum Wittekinde à sibi immediatè succedentibus paucula adferam, de his enim dicturns est noster de Scholâ Declamator.

Notissimus de his circumfertur ille versiculus

Otto, post Otto, regnavit tertius Otto.

Primus horum dictus fuit *Otto Magnus*; secundus, *pallida mors Saracenorum*, quos vicit in Apuliâ; tertius, *Otto das Kind*; & postea, à rebus gestis, *Mirabilia mundi*. Otto Magnus inter alias res fortiter & laudabiliter gestas Slavorum etiam immitem gentem ad mitiora Christianæ religionis instituta deduxit, viatis tributa imposuit, inq; eum finem Archiepiscopatum Magdeburgi, ubi & tumulatus est, fundavit, domitisque Sorabis, Vandaliis & Henetis instituit collegia (Stiffter) Mersburgense ad Salam, Cizense ad Elystrum, & Misennense ad Albim. Hujus Imperatoris coronatio ab *Abbate Spanheimensi* ita describitur. "Otto primus per manus Hildeberti archiepiscopi Moguntini Aquisgrani in Regem unctus est. Cum enim duo Pontifices, Treverensis videlicet & Coloniensis inter se contenderent, quis hoc munus consecrationis verè peragere debuisset, procerum judicio ad Hildebertum Moguntinum pontificem delatum est. Qui accedens ad altare, & sumens inde gladium imperiale cum balteo, conversusque ad regem, ante le genua flectentem, dixit: Accipe hunc gladium, in quo dejicias omnes Christi adversarios, barbaros, & malos Christianos, tibi autoritate divinâ traditum, cum,

Quomodo Rex Galliarum inaugurar i soleat, tradit Sleidanus lib. XIX, Commentarior, de Statu religion, & Reipubl.

omni